



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

1 An Simonia sit studiosa voluntas emendi, vendendique aliquid spirituale,  
vel spirituali annexum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

## Q V A E S T I O V .

D E P E C C A T O S I M O N I A E  
in genere.

S.Tho.2.2.quest.100.

## A R T I C U L V S I .

*Vtrum simonia sit studiosa voluntas emendi  
vendendique aliquid spirituale, vel  
spirituale annexum.*

**T**ERTIA pars libri presentis quam post tractatum de sacrificiis, alterumq; de oblationib; primitiis, ac decimis, polliciti sumus, est de simonia: de qua disputat

D.Thom.2.2.q.1.co.Huius ergo tractatus

prima questio, que quintulc habent lo-

cū, instituitur de simonia in genere: cuius

1.Arg. primus articulus definitionem inuestigat:

nempe virum simonia sit studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid spirituale,

aut spirituale annexum. Et arguitur a parte negaria. Primum de nomine: Vtium

hoc tam in venditione consistit, quam in emptione spiritualium Simon autem, vt

Aetuum. 18. videtur est, nihil vendere voluit, sed tantum spirituum sanctum emere,

non ergo à Simone satis congrue nomen deducitur, sed conuentius duceretur à

Balaam, qui, vt legitur. Num.22. Moabitis

sua locauit operas, vt per donum Dei po-

pulo malediceret, quam Petrus in sua can-

ca. 2. criminis huius reum facit. Et rursus

Iudas Apostolus: velà Giesi, qui vt legi-

tur 4.Reg. 5.Naaman , donum sanitatis

precio vendidit, Deberent ergo dicí Bala-

am, aut Giesi, cuius Giesi ad hoc propo-

situm mentio fit. 1.q.1. can. qui studet. Imò

& Iudas immanus commisit sacrilegium

Christum auctorem omnium spiritualium

christianum vendendo, quam Simon

Magnus Secundo: Multa sunt spiritualia

bona quæ circa simosias labem vendi pos-

sunt, vt consilia, vt haberet can. Non licet.

1.1.q.3. & pariter artes, & naturales scien-

tas, ergo illa non est legitima definitio.

Teruo: Simonia. vt ex registro Geor. 1.q.1.

can. co. legitur haeresis est. Tolerabilior e-

nim inquit, est Macedonij impia haere-

sis, quam Simoniaci. Illi enim credentes & seruum Dei Patris & filij spiritum sanctum delibero farentur: illi vero cunctum spiritum sanctum efficiunt seruum suum Omnis enim dominus quod haberet, si vult, vendit, si seruum, siue aliquid eorum quæ possidet. Haeresis autem non in voluntate, sed in intellectu est ergo. In contrarium sunt verba can. qui studet. 1.q.1. qui studet donum Dei pretium mercari, in macro ordine nulla ratione de cetero temnere, aut reuocari non posse, dubium non est, verbo namque studeret, detinatur studiosa voluntas.

Ad questionem tribus respondetur eosfusionis: prima de nomine, secunda de materia, ex quibus tercia colligitur de definitione simonia. Prima ergo est: Nomen vitii huius à nullo significans deduci potuit quā à Simone illo mago, cū quo Petro contentio fuit. Primum, quod Balaam, & Giesi ad historiam veteris testimenti attinent, cuius sacramenta non conservabant gratiam vt nostra, atq; adeo non erant ratiō gradu spiritualia. Secundū, quod illi gratias tantum gratis datas, vt donum sanitatis, & arcendi per maledictionē hostes. O Moabitæ à Balaam pectebant, vendiderunt. Simon autem nihil minus quam ipsum spiritualium sanctum emere voluit. Nō quidē in sua persona, nam talis meditatione in sanissima esset, sed eius donū, vt hī 1.q.3. Can. Saluator, pura gratia, facientes eius gratiam quæ spiritualium donū cū me, p̄fessantem tener Teruo, vt ad primū argūm̄ iudeamus, illi ita videntur, nihil clementes. Simon autem emere spiritū sanctū ambiuit, vt venderet. Sic n. habet histori, Cū vidisset Simon q̄ p̄ impositionē manus Apostolorum daretur spiritus sanctus (dabatur namque tunc visibiliter) obvulsi eis pecuniam dicens: Date mihi hanc p̄tatem, vt cuicunq; im posuerit manus, accipiat spiritum sanctū, nēp̄ pretio, quo oblatam posset cū visuris pecunia rehiceret, vt hī cod. can. Saluator. Iudas autē cū Christū auctorem spiritualis gratiae vendideretur, eod can. qui studuit. Greg. ad hoc positionem meminit: tñ quia ipsum non vedit tanq; donum ementibus vnde, imò vi morte perimendum, non est ab illo nō men huius sacrilegi tractū, sed à Simone cogitante emere, ac vendere spiritū sanctū cui oīa tribuantur diuina dona, eum

demque ab apostolis ecclesie, secundum Christum fundatoribus, quæ utique ecclesia hoc propriè inficitur criminè. Itaque sicuti artes a suis primis inventoribus nomina fortius confluuerunt, sic & simonia ab eo, qui primum eam excoxit. Secunda conclusio; Res spirituales sunt propria simoniz materia, sed non cuiuslibet generis. Vbi animaduerendum est quod spiritus idem est, quod animalium huius, quæ aspirando, respirandoque viuenti, in deo aut per similitudinem significat quemcunque venti flatum. Sed quia ventus, atque spiritus inuisibili sunt, & ad sensum incorpoream, inde translatum est nomine ad cuncta significandam quæ corporum experientia sunt; vt Deum, angelos & animam, ac perinde accidentia spiritualia. Quocirca sunt qui impræsentariunt duo spirituum generia distingunt; alterum eorum quæ deriuantur a spiritu creato, alterum quæ eorum quæ ab increato dimanan. At vero quia etiam naturalia ab increato efflent, in quibus, ut illico patet, ratio simonia non constat, accommodatus ad rem seceras alterum genus spiritualium naturale; cuiusmodi sunt intellectus, acquiescere scientiae, ac virtutes; alterum vero supernaturalium, ut sunt tam gratia grati data quam gratia faciens, sacramenta, & libi annexa sacerdotia. Quocirca plerique doctorum arbitrantur spiritualia viuientia tam prioris, quam posterioris generis materiam esse simoniæ. Quis subinde doctores astruunt, vendere scientias, & artes viuum esse simoniæ. Huius opinio Alissiodoro libro tertio, tractat. 21 sentent. coæusque suus Alexand. Halens. secunda Alexan. parte, quæstio 185, membro 3. & est glos. Halens. cap. Non licet. 11. quæst. 3. & ferme docto. Glos. res canonici iuris; vt est videre agud Syl. Sylvest. uel. in verb. docto. & in verbo simonia. D. Tho. §. 10. Quin etiam & S. Thom. in quarta divisione 25. quæst. 3. art. 2. Et probatio Alissiod. qui hanc postteris opinionem proponit, prima fuit auctoritas. Proverbio. 21. Noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Secunda, quia vt Aug. in libro de magisterio docet, Spiritus sanctus est, qui interius homines edocet scientias, etiam naturales. Quare qui illa diuidit, dona prophanat Spiritus sancti. Nihil scimus contraria opinio absque formidinre credi vera potest, nempe quod licet scientias

naturales vendere. Haud quidem perficitur panem aut pannum stultum. n. hoc esset di-  
cto; cum in nullius potestate sit sua in alio traducere scientiam veluti rem aliam cor-  
poram. In quoquo sensu illud legendum est Prou. 7. Quid prodest stulto habere pecunias, cum scientiam emere non possit? Sed

loquimur de venditione doctrinae; hoc est, quod licet docere, sicuti consulere, &c. In primis enim opinio est quod non careat auctoribus; quorum est Duran. in quarta

distinc. 25 quæst. 3. & Palad. ibid. quæst. 2.

& Adrian. quoli. 9. & ex antiquioribus Ar-

Opinio

Duradi.

Palada.

Adrian.

Armac.

Richar.

D. Tho.

Prima

rō secū-

da op.

quando nullum haberet patronum, ratio ei sati patrocinarum loquimur. n. de scien-

tia naturalibus. Primum gaudiu arguitur.

Vitium simoniæ quale sit, ex Euangeliō ve-

nit vestigandum, at vero Mar. 10. vbi Chri-

stus gratiarum dona Apostolis contulit, q̄

plebi comunicarent infirmos, inquit, cura-

te, mortuos suscitate, leprosos mundate,

demones elicete, gratis acceperitis, gratis

date, vbi de naturalibus nihil communi-

nit. Item 10. 2. vendentes & clementes de te-

plei eliciens, tantum significant factorum

vitationem & cambium esse sacrilegium.

Et Acto. 8. in Simone illo Simoni acorum

primate, non dominatur nisi quod spiritu

sancutum eiusq; gratas emere voluit. Hoc

namque illic appellatur donum Dei; cum

ergo nullibi bonorum naturalium metio

fuerit habita, non est quod eorum vendi-

tio labi simoniæ denotetur.

Secundo arguitur ratione, si scientias &

Secunda

artes naturales vendere non licet, maxima-

me quia dona sunt spiritus sancti; haud ra-

men sunt dona per specialem influxum, de

quibus 1 ad Corint. 10. loquitur Paul. Sed

per generalem concursum, ergo ex hoc ca-

piti damna non debet huiusmodi ven-

tatio. Alias nulla alia bona naturalia fas ei-

se vendere, neque grana, neque vinum,

neque oleum. Item sequeretur, quod neque

docere pio artis mechanicas artemve sci- i

bendi licet, quod esset concessu absurdum.

Et per hoc respondetur ad argumentum

Alissiodori. Nam licet Spiritus sanctus

doceat omnem veritatem, aliter tamen

Ad arg.

supra naturales, ut scripture mysteria;

Alissiod. de qua te peculiariter intellexit Christus,

vbi

vbi ait, Ipse vos docebit omnia, aliter vero naturales, & certè has vendere non est simonia, quia neque gratis habentibus datur, vt gratis non habentibus communi- centur. Tertiò arguitur: Si non liceret hu- iusmodi scientias vendere, fieret cōsequēs, ut neque liceret pro labore premium recipere, quo doctor docendo defudat. Nam quādo res vere spirituali est, vt sacramenti ad- ministratio, neque pro labore licet quid- piam recipere, idem quippe esset recipere premium pro labore baptizandi, seu mini- strandi ordines factos, & recipere pro ipso opere, quod est ad ministratio sacramenti: labor enim nō distinguitur ab opere. Quo modo autem factorum ministris recipere alimoniam licet, infra patet.

Et postremo quando temporale spiri- tuali annexum est, nō licet pro illa auctiū suscipere premium, quād sine illo spirituali valeret, non in quam, licet calicem, aut ve- stes sacras pluris vendere, quam si non es- sent cōfessari licet autem, vt manifestum est, pretiosius vendere vnam scientiam, q̄ altam, quamvis minus laboris fuerit ibi impensum. Imo unus atque idem doctor, quo doctor, etiam si minores fecerit sum- pti, minoresque exhauserit labores, pre- tirosius suas locare operas potest ad docen- dum. Quare etiam si sine labore posset suā scientiam in alium transfundere, sicut flau- tum, posset premium recipere. Illud autem Proverb 23. nihil contra nos pugnat. Imo quod habetur illuc est. Veritatem eme, & nolis sapientiam vendere, ac si dixisset, tanti est pretij ut qui non habet, emere illam de- beat, & qui habet nonquam vendere, id est nonquam illa priuari. Et glos illa cap. Non licet aduersatur texui: quippe quo asseri- tur quod potest aduocatus vendere suum consilium, & patronatus suum patrocinium. Et ibidem tenuit S. Thom. 2. 2. quastio 71: vbi videtur reuocasse suam sententiā quā in quarto Alexandrum sequuntur assertuerat. Quare impertinens est ad labores re- currere, qui in docendo hauriuntur. At ve- ro de Theologia peculiariarum dubitatur, propterea quod videtur priori modo spi- ritualis, per donum enim Spiritus sancti, panduntur Scripturae, quae sunt Theolo- giae principia. Autamen neque hanc scien- tiā pretio de cathedra scholasticis prele- gere, simonia est: etiam si ciuitatum vilium la- borem & expensas fiat: hæc enim acciden- taria sunt. Et ratio est, quod licet fides, & arcanorum revelatio donum Dei sit, scilicet Ratio tamen Theologie humano sudore con- quiritur. Quocirca quod Hostiā super cap. Nonnullis de magis, nēmpe Theo- logo publicum habenti salarium non licere pro extraordinaria lectione quidquam re- cipere, alioquin simoniam committere, gra- tis dictum est, & absque via ratione. Quid enim queso refert, salariumne publicum recipias an peculiarem mercedem pro pec- culari lectione? Hoc autem est seruum con- cionatori, theologiam de suggerio do- centi, neutriquam circa simoniā licet predi- cationis premium ex cōventione recipere. Et rō discriminis est: quia Theologia in modo iatelluctum erudit, sicuti alia uā quilibet scientia: prædicatio vero per se ad alia, pre- rum salutem fit, cōmonendisque fūsum, non ei- arios. Et iō pertinet ad donum prophetie, geno quod Paulus ad Cor. 12. inter alia concur- nō lic- merat. Licet autem prædicatori fulcione am- nis subsidium sicut coeteris ecclesiis mini- te pō- stris recipere. Colligamus ergo, spirituale bona in definitione simonia non accipi pro na- turali munere, sed pro supernaturali, hoc est pro gratia & sacramentis, atque alia recipere. Spiritus sancti donis, que ad eternam no- felicitatem promovent. Appofilio autem illa vel spirituali annexum, illa significa, quia non per se, sed per ordinem ad p̄spu- tualia idem contrahunt nomina, ut p̄spu- tatoria, & p̄abendæ, quæ sunt fācēdō- rum stipendia, & ius p̄tronatus, atque alia iura eligendi ecclæstica suppedita. Ex his fit consequens (id quod assertam sententiam evidenter confirmat) quod dare aliquid spirituale pro doctrina alio- ius scientie, quantumlibet sit Theologia, est simonia: ut si episcopus ordines, aut be- nescium Doctori conferat, ut ipsius do- ceat. Conferent enim tunc spirituale pro do- ctrina, quæ est pecunia estimabilis. Per hę rursus dirimuntur his alia quam doctores contestari solent, virum exira ecclæsam apud infideles contingere possit simonia. A parte, nō affirmativa existit argumentum, quod inter illos est fācēdōrum, quo se- cundum ipsorum iudicium Deum colit, ergo si illud vendunt est simonia. A par- te autem negativa offertur alium si- hilo infirmius, quod apud illos nihil est matu- propriè spirituile. Duran ergo, & Palud, respondent vere illos non committentes.

Tertia  
ratio.

Postre-  
ma rō.

Quasi-  
peculia-  
ris de  
Theolo-  
gia.  
Solutio-

Hier.

moniam, sed solum quantum ad suam ex-  
istimationem. Nihilominus cum distinctio-  
ne est meditatio in dñndum. Enim uero  
ante Christi aduentum extra dubium est,  
inter partes veteris testamenti verè com-  
mitti potuisse simoniam. Erat n. tunc ve-  
rum donum prophetie, quod si vendere-  
tur, simonia fuisset: vt patet ex verbis H. e.  
Ieronimi q̄z citantur can. Nunquam, i. q.  
1. Item & corum sacerdotiorum, quanquam  
per illud nulla tunc conferetur gratia, spiri-  
tuale id men donum erat, ad diuinum per-  
tinēt cultum. Quare Iero boam 5. Regum  
13. insinuat, quōd sacerdotes pietate  
crearet. Quin vero & lege naturae erait sa-  
cerdotium, quale fuit Melchisedec: & qui-  
dem pro illo ecclœ legitimum: quod per  
inœū pretio conferretur, simonia emerge-  
ret. Spirituale enim suo modo cœlatur, quid  
quid Deus & natura quoconque mortali-  
um statu pro animarum salute ad Dei  
culturum instituit. Ad verò post Christia-  
num redemptiōnem nil iam extra ecclœ  
superest, quod si legitime spirituale  
nisi si forte sunt, qui inuincibili ignoran-  
tia legis nostre laborant. Illos enim eadem  
excusat ignorantia, si naturalibus tantum  
ritibus v̄ntur. Quocirca extra ecclœiam  
iam nulla esse potest simonia, nisi secun-  
dum humanam existimationem. Tertia  
deum conclusio est, quam de definitio-  
ne promissimus. Probè illa præfixa defini-  
tione exprimitur natura simoniae. Proba-  
tur: Definitio illa & obiectum unde vi-  
tum, vel virtus speciem lortitur, explicat,  
& pariter subiectum eius & modum: ergo  
bona est. De obiecto quidem ita constat:  
subiectum vero iustitia, ac perinde iusti-  
tia, omniumque eius partium est vo-  
luntas: vt S. Thom. i. 2. q. 56. sapienter se-  
cundum Aristot. docuit. Hoc enim inter-  
est inter virtutes quæ hominem in ordi-  
ne ad seipsum componunt, atque illas que  
ipsum disponunt in ordine ad alterum:  
q̄ cum voluntas ad proprium personæ bo-  
num per se sit propensa & determinata, re-  
spectu illius boni qui nulla virtute indigeret  
prater illas, quæ sunt in potentij, quæ af-  
fectionibus passionib; bulque turbantur.  
Enim uero si nulla esset passio neque in  
irascibili neque in concupiscibili, nulla es-  
set in voluntate difficultas parendi ratio-  
ni. Ob idque temperancia in concupisci-  
bili sita est, fortitudi in irascibili: quibus ciui-

modi morbi turbidi que affectus se datur,  
vi 2. Eth. auctor est Aristot. At verò quo-  
nam hominis voluntas non sic per se est  
affecta, & propensa in alienum bonum, fit  
vt quamvis nulla patitur sensuales affec-  
tiones, virtutibus nihilominus indigat  
ad persuadende proximis debita officia.  
Sed est tamen contrarium argumentum  
apud Scotum, in 3. dist. 13. illa potentia est Argu-  
mentum ac virtutis fedes, cuius actione con-  
summatur ratio laudis, & virtutis, seu  
meriti & demeriti: hac autem potentia  
est voluntas, vt pote cuius electione tam  
virtus quam peccatum consummatur: er-  
go illa est omnium virtutum subiectum.  
Negamus tamen cum Aristotele priorem  
præmissam. Hec enim opinio non S. Tho-  
mam, immo manifestissimè est Arist.  
Eth. Non ergo virtus in ea potentia est, Solatio.  
qua electionem facit, alia des etlet in vo-  
luntate: quippe in cuius assensione consi-  
lit ius meritum: sed debet potius existere  
in illa potentia in qua tota constitit difficultas  
bene eligendi: & certè affectionibus  
appetitus sentiunt pacatis liberis imè fit vo-  
luntatis electio: atque hac ratione virtus  
est habitus electus. Ad propositum ergo  
cum iustitia sit virtus ad alterum, vt in  
voluntate sedeat: vt Aristotel. 5. Ethico-  
rum docet: atque adeo religio, & similes.  
Cum ergo simonia vivum sit & iniustitia, Obie-  
contra religionem, consequitur vt sit in  
voluntate: ob idque in definitione dicitur  
studiola voluntas. Quod si arguas auari-  
am causam esse simoniae, vt pote quæ iu-  
stitia officijs obstat: auaritia autem est  
in concupisibili: Respondeatur, non es-  
se tenuendum, quin alia via sit a qui-  
bus simonia imperatur: elicitor tamen ab  
illo quod est in voluntate. Existit autem Arg. fe-  
alterum argumentum aduersus id quod cundū ,  
dicitur studiola: Nam cum studio peccate  
idem sit quod peccate ex malitia: tale au-  
tem peccatum sit contra Spiritum san-  
ctum, consequens fieret simoniā in uni-  
versum esse peccatum in Spiritum sanctum: quod nemo concessit inquam. Re-  
spondetur id nō significare, studiola, quod  
ex malitia, sed id quod consilium, puta quod  
non excusat ignorantia: mō scientis sit,  
vel ex malitia, vel ex passione: Panormit. Panor-  
autem super cap. Nen o; de simonia. Ho-  
stientem sequutus addit definitioni, vt  
opere emptio subequatur, idemque ait

Richar.

Richar. Richar. sequitur glossam d. c. qui studet, quae ait cum effectu. Attamen hoc est non men ad solam exterioram simoniam arteare: cum tñ ex aequo commune sit eti internæ. Nam ut infra patet, peccatum simonia intus committitur, etiam ad restitutionem obligans. Consultius ergo dicitur, studiola voluntas, abique adiectione. Sub illis autem verbis emendi & vendendi, cunctos usurarios contractus intelligito: puta permutationem & cambia praebendarum siue auctoritate Pontificis, atque alia ob eam quia loco pretij existimantur.

Ad tertium. Ex his ergo qua dicta sunt primo secundoque capitali argumeto fatis factum est. Ad tertium autem quo verbis Gregorius quebatur, simoniā hæresim esse, atque adeo in intellectu existere S. Tho. duo dat responsa. Prīus, quod celi simoniācū non sit propriè hæreticus, quoniam absque intellectus errore potest prævaricari in hoc vitium labi: tamē te ipsa & factō profiteri videtur dominū Spiritus sancti celi penes homines: qui est hæreticus error. Atq; hoc quidē r̄sumū amplexus est Gratianus in cano. ventum. 1. q. 1. Secundò, ac si non fatis sibi hoc placeat dicit S. Tho. Simonē Magum præterquam voluit spiritum sanctum coemere hereticum etiam fuisse, in eo quod credit mundū non suffit à Deo creārum. Attamen propter hoc simoniācū non dicentur hæretici: quo tamen ferro crebrō inuruntur in iure. Et ideo forsitan dicendum est, quod Simon ille propter ea volunt spiritum sanctum emere, p̄ credit et se venalem, & pretio possè ab apostoli duci: quod quidē apostolica responsio parlam dicit, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimati, hoc est credidisti, pecunia possideri. A qua porro hæresi tanquam a proprio fonte vitium ipsum nomen coniuxit,

## ARTICULUS II.

Vitium simoniā genere suo sit peccatum mortale.

**S**upposita definitione simoniā queritur de eius qualitate, an sit mortale crimen. Et arguitur à parte negativa: Inter cuncta spiritualia qua creata sunt, regnum celorum culmen tenet: ut pote quo cetera alia referuntur: ipsum autem vendibile est.

Vnde Greg. Regnum celorum tantum valeat quantum habes: ergo non simonia velle emere aliquod spiritualis.

Secundò: Si simoniā genere suo peccatum est: sequeretur quod etiam Papa spiritualia vendens codem viatio concubatur: scilicet tamē non posse esse simoniā cum: quia princeps non ligatur suis legibus, sed de legibus, l. Princeps ergo non est generis suo mortale. Tertio: Spiritualiācibile, videlicet vnum pro alio peccatore, pro sacramento: vi si faceris, nollet alius sacerdotis confessionem audire, nisi vicissim audiret ille suum: aut si calicem menus nollet alterum baptizare nisi cum pacto vi se mutuo baptizarent, non appareat esse simoniā, ergo nec spiritualia videntur. In contrarium autem fuit facit. Habetur enim in regesto Greg. quod Fastalib. 2. refert prima, q. 3. Aliae, vel de mas, vel spiritum sanctum emere, vel vendere, simoniācā hæresim esse nullus indulgerit ignorare, & dicitur hæresis ad engelrandum eius gravitatem, & c. sicut de simoniā. Simoniācā peccatis sua magnitudine, ne alios morbos vincit, & c. proximo. Tanta est labes huius criminis, quod etiam ei aduersus dominos, & quilibet criminio admittuntur ad accusationem.

Ad questionem, vñica eademque causa receptissima conclusione responderet. S. Simoniā est genere suo crimen mortale. Probatur: Emere aut vendere id quod non nullo pretio vendibile est, genere suo est mortale crimen: ut sub titulo de vñca forebamus. Nam cum sit iustitia contraria, quæ virtus recipiē quam maxime est necessaria, si sub inde ut etiam sit contraria charitatis, in quo ratio constitutae sunt mortali. Excedit tamen vñciatissima simoniā ratione contaminatę religionis. Probatur autem minor ex triplici loco. Primo ex ratione obiecti, Res enim quæ modo supra expositi spiritualia sunt, solo astimari possunt terreno pretio: vñpte quod supernaturalia sunt inter quæ est terrena, nulla est proportio. Vnde de diuina sapientia. Proveb. 12. affluit: Preiosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Quod vñque respiciens Petrus ait Mago illi: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia